Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



inuenta in ea res turpis. Digne
quasi sancti lauda nt deum! non
quia liberata est de manu presbite
rorum susanna. hoc enim laudabile
est. nec magni discriminis si non esset
liberata! sed quia non est inuenta in
ea res turpis. Cumq; aperta essent ostia!
aspiciens rex sub mensa. clamauit
uoce magna. Magnus es bel! & non
est apud te ullus dolus. Hoc quod scrip
tura nunc dicit. clamauit uoce mag
na. quia de ydólatra & ignorante dm
dicitur: uidet obseruationē nram sub
uértere! qua dudum asseruim⁹ uocē
magnā in scīs tantum repperiri. Q d
soluit fácile qui hanc hýstoriam in
libro danielis apud hebreos dixerit
non haberi. Siquis aut eam potuerit
approbare esse de cánone! tunc queren
dum est quid ei respondere debeamus.

Explicit explanatio beati hieronimi
pbri in danielem prophetam.